Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31639
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

exprimendas causas abhumana imbecilli
tate translatus e. Geminat etiam exurge
psalterium et cythara. Que figura dicit epen
basis. id est iterato uerbi. Quod etiam insuperio
uersu fecit ubiait. Paratum cor meum ds.
paratum cor meum. Hic enim natura assump
te humanitatis exprimitur. Psalterium fuit
quando caro operabatur diuina mandata. ut
sca se conuersatione tractaret. Cythara uero
gloriam significat passionem. que tensis neruis di
numeratisq; ossibus uirtutem patientie in
tellectuali quodam carmine psonabat. Ad
didit. Exsurgam diluculo. quod est inter tene
bras noctis et diei claritatem. quo tempore
eum resurrexisse euangelii sca lectio testatur.
Ait enim. Diluculo ualde uenit maria admo
numentum. et reliq. Confitebor tibi in populis
domine. psalmum dicam tibi in gentes. Is
tud iam dicitur a parte membrorum. quia ipsum
ostat patri in populis confiteri. qui caput et
dux ecclie probatur intelligi. Iam quod ait.
psalmum dicam tibi in gentes. celestem
actum significat uniuersalis ecclie. que omnes
gentes linguis uariis psalmodiam domino
deuotamente psoluit. Quo magnificata est
usq; ad celos misericordia tua et usq; ad nubes ueritas
tua. Ista est causa confessionis. ista promissio psal
modie. quo magnificata est misericordia domini usq;
ad celos. id est quia humanitas filii usq; ad ce
lorum regna peducta est. Delictanti quippe ho
mini qui peccatis tenebatur obnoxius. fecit
miam suam in dispensatione mirabili ut
faceret eximium. que nefandi populi iudicia
putabat extremum. Sequitur usq; ad nubes
ueritas tua. Nubes significant prophetas. quos spc
sci irrigua ueritas. uelut copiosos imbres im
pleuit. Merito enim nubes uocantur. quia
et celesti fonte saturati sunt. et supra terrenis pecca
tores spiritalis copie dona fuderunt. Que duo
per posterato ordine collata. Veritas est tempe
anterior. misericordia uero aduentu posterior.
Que ideo commutata sunt. ut sine aliqua differ
entia minus potuissent. unum decus.
unus auctor agnosci. Et exaltare
super celos deus et super omnem ter
ram gloria tua. Hunc uersum quinta
parte iam dixi. fidem meam tali promissione
confirmans. qua sup omnes creaturas eius
nomen sit glorificatum. Conclusio.
Quis uirtutem psalmi huius. quis benuolen
tiam digne possit effari. Orat xpc ut nos
doceat. resurgit ut nos erigat. laudes patri
dicit ut nos instruat. Merito tua misericordia me
rito redemptio. merito cap pater nr legitur
aduocatus. Amemus clementem defensorem
ne patiamur seuerum iudicem. Vita omnem
constat amentiam cum toto corde non expete
re. quinos adepta gaudia tam crebris am
monitionibus cognoscitur mutare. L. VII.
Infinem ne dispdas dd uitiuli inscriptione.
Quamuis uerba ista frequenter reperiantur, non pige
bit tamen eadem psingula loca declarare ut
psalmorum possit dignitas estimari. Quas si
quidem domos intramus confidenter. quarum
penetralia in ipsa fronte cognoscimus. Infinem
significat xpm. quia hoc psalmo locutus est. He
dispdas dauid uitiuli inscriptione. Et daud
sepe diximus xpm significare. quia et rex erat. et
nomen eius manuforitis siue desiderabilis
interpretatur. quod domino competenter aptatur.
Comonetur quoque pontius pilatus ne dispdat
scriptum titulum. quo regem dominum declara
bat. qua reddi non poterat incassum. quod
diuina noscebatur iussione conscriptum. Re
gem enim illum quis poterit abolere que
constat esse celi terreq; creatorem. Quod a deo fre